

  
**D**E Summo conscripta Bono mihi lemmata nuper,  
O Philyres longè clarissima lumina, Vobis  
Cur oblata, sacrata velim, cognoscite, par est  
Ut, quos fons & origo Boni Summi Deus hisce  
Constituit terris promos condosq; fideles  
Multiplicis Gaze infinitorumq; bonorum,  
Vel plebi monstrando viam qua ducit ad astra,  
Vel trepidos tutando reos, agrisve medendo,  
Vel Sophiam profitendo sacram benè Palladis arte,  
Censores dignos habeam Vos hujus opella.  
Quanquam ô sed multò potior mihi gratia vestra,  
Quam censura: Etenim vestri sin aura favoris  
Me foveat, rigida metuum nil verba notasq;  
Censura; non hoc mihi queritur ulla labore  
Gloria, sudoris merces sit gratia nostri  
Vestra: Bono de Summo sic benè dixero tandem  
Sic vita me commoda magna (Eu) mille sequentur  
Et bona si vestrum meruisse videbor amorem.

M. Casparus Schuman,  
Conicensis Boruss,



A 2

Theſ.